2. Meménto Dómine

Cantoral IV, f. 4v
Breviarium, f. 314r

Ps. 102: 14-16

1. (Ps 122: 1) Ad te levámus ó*culos* **nos**tros, *qui há*bitas in* **cae**lis.
2. (Ps 29: 9-10) Ad te Dómine cla**má**bo: *et ad Deum meum *depre***cá**bor. *Quae utílitas in sánguine meo, dum descéndero in *corrupti***ó**nem?
3. (Ps 29: 10) Numquid confitébitur *tibi* **pul**vis, *aut annunciábit ve*ritátem* **tu**am?
4. (Ps 27: 1) Ad te Dómine, clamábo, Deus meus ne sí*leas* **a** me: *nequándo táceas a me, et assimilábor descendén*tibus in* **la**cum.
5. (Ps 21:6) Ad te clamavérunt Patres nostri, et *salvi* **fac**ti sunt: *in te speravérunt, et *non sunt con***fú**si.
6. (Ps 60: 3-4) Ad te clamávi, dum anxiarétur cor meum; in petra *exal***tás**ti me. *Et deduxísti me, quia factus es spes mea: turris fortitúdinis a fáci*e ini***mí**ci.
7. (Ps 5: 4-5) Ad te orábo, Dómine: mane exáudies *vocem* **me**am. *Mane astábo tibi, et vidébo: quóniam non Deus volens ini*quitátem* **tu** es.
8. (Ps 24: 1-3) Ad te Dómine levávi ánimam meam: Deus meus in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me ini*míci* **me**i: *étenim univérsi, qui sústinent te, *non confun***dén**tur.
9. (Ps 142: 9-10) Ad *te con***fú**gi: *doce me fácere voluntátem tuam, quia De*us meus* **es** tu.
10. (Ps 142: 8-9) Ad te Dómine levávi á*nimam* **me**am: *éripe me de i*nimícis* **me**is.
11. Réquiem aetérnam det *tibi* **Dó**minus: *Et lux perpétua lúceat ti*bi in ae***tér**num.

Antífona: Meménto Dómine.